

eius sollicitantur & gentia ei ad se in  
mitem collidebantur. Exclamauit itaq;  
rex fortiter. ut introducerentur magi  
chaldei & aruspices. & proloquens rex  
ait sapientibus babilonis. Quicūq;  
legerit scripturam hanc & interpreta-  
tionem ei manifestam michi fecerit pur-  
pura uestietur. & torquem aureū habe-  
bit in collo. & tertius in regno meo erit.  
Tunc ingressi omnes sapientes regis. nō  
potuerunt nec scripturam legere nec  
interpretationem in dicare regi. Un-  
de rex baltasar satis conturbatus est.  
& uultus illius immutatus est. sed  
optimates illius turbabantur. Regni  
autem pro re que acciderat regi  
optimatibus ei domum conuulsa  
gressa est. & proloquens ait. Rex  
eternum uiue. Non te conturbent  
cogitationes tue. neq; facies tua im-  
mutetur. Est uir in regno tuo qui  
spiri deorum scōrum habet in se. & in di-  
patriis tui scientia & sapientia in-  
te sunt in eo. Nam & rex nabugo-  
nosor pater tuus. principem magi  
& incantator. chaldeorum & aru-  
cum constituit eū. Pater inquit tū  
o rex. quia spēs amplior & prudentia  
intelligentiaq; interpretatio sonne  
& ostensio secretorū. ac solutio ligorū  
inuenire sunt in eo. hoc est in dan-  
hele. cui rex imposuit nomē baltasar.  
Nunc itaq; danibel uocetur. & inter-  
pretationem narrabit. Igitur intro-  
ductus est danibel coram rege. ad  
quem prefatus rex ait. Tu es danibel  
de filius captiuitatis iude. quia ad-  
duxerat rex pater noster de iudea. u-  
dum de quā spiri deorum habes. & scien-  
tia intelligentiaq; ac sapientia am-

phiores inuenire sunt in te. Et nunc  
intergressi sunt in conspectu meo sa-  
pientes. magi. ut scripturam hanc le-  
gerent. & interpretationem indicarent  
michi. & nequiuērunt sensum sermonis  
huius edicere michi. Porro ego audiui  
de te quod possis obscura interpretari.  
& ligata dissoluere. Si igitur uales scrip-  
turam hanc legere & interpretationem  
eius indicare michi. purpura uestie-  
ris. & torquem auream circa collum  
tuum habebis. & tertius in regno meo  
princeps eris. Ad quem respondens  
danibel. ait coram rege. Munera tua  
sunt tibi. & dona domus tue alteri  
da. Scripturam autem legam tibi rex.  
& interpretationem ei ostendam tibi.  
O rex. dñs altissimus regnum & magni-  
ficentiam glām & honorem. dedit  
nabugodonosor patri tuo. Et propter  
magnificentiam quā dederat ei. uni-  
uersi populi tribus & lingue tre-  
mebant & metuebant eum. Quos  
uolebat interficere. & quos uolebat  
percutere. Quos uolebat exaltare.  
& quos uolebat humiliare. Quando  
autem eleuatum est cor ei & spēs illi  
affirmatus est ad supbia. depositus  
est de solio regni sui. & glā ei ablata  
est. & a filiis hominum abiectus est.  
Sed & cor ei cum bestis positū est.  
& cū onagris erat habitatio ei. fenu  
quoq; ut uos comedebat. & roris celi  
corpus eius infectum est. donec cog-  
nosceret quod potestatem haberet ali-  
simus in regno hominū. & quicūq;  
uoluerit constituet sup illud. Tu igitur  
filius eius baltasar. nō humiliasti cor  
tuum cum scires hec omnia. sed ad-  
uersum dominatorem celi eleuatus es.